



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ personæ possint decimas possidere, & præscribere. punct. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

De decimis, primitiis, & oblationibus.

Pontifex, neque occasione decimationis antiquæ (licet in secundum decimæ sicut concessæ) sunt decimæ noualium usurpanda, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restri-
genda. Idem summi ex cap. 1. de Decimis, in 6. & hanc sen-
tentiam probat optimè. Couart. lib. 1. cap. 17. n. 13.

Nequibz obstat, cap. ex parte de Decimis, vbi insinuat contrarium. Ait enim Pontifex cum tibi, quod manus eius, si concessum, videlicet vi de laboribus terra parochiarum suarum cum integritate percipias, de noualibus eas exigere satis potes; quia ubi manus concedit minus concessum esse videatur. Ergo si priuilegium, aut confundit obtinetur, vi decimæ alicuius parochie, alteri extranca soluerentur, noualia etiam, que minus sunt debent solvi. Non inquam obstat, quia ibi non fuit concessum aliquid contra ius, sed potius decimæ, que iuxta commune ius debebantur parochie propriæ, etiam ab extranca usurpare, & tunc ait Pontifex concessio principalis, & maiori minus concedi, vi bene Couart. suprà. At quando iustio, vel confutatio à iure communi exorbitat, ut est priuilegium soluendi decimas prædictas extranca parochie, non venit in concessione maioris minus concessum, vt latè, & eruditè probat. Thom. Sanct. lib. 8. de dispensat. diff. 1. à n. 4. & præcipue, arn. 32.

P V N C T V M I X.

Quæ persona possint decimas possidere, &
præscribere.

- 1 Duplici titulo officij, vel conductionis decimæ possideri possunt.
- 2 Laicus non potest habere ius spirituali percipiendi decimas, neque secundum hanc rationem illas potest præscribere.
- 3 Titulo conductionis, emptionis, aut donationis bene potest laicus decimas possidere.
- 4 Beneficiatus ad breue tempus potest decimas sibi competentes locare, aut vendere.
- 5 Exceptiuntur aliqui casus, in quibus ex autoritate Episcopi possint ad vitam decimæ laicos conferri.
- 6 In feudum, vel in perpetuum non possint decimæ laicis conferri nisi auctoritate summæ Pontificis, semel tamen collate possunt auctoritate Prælati illius Ecclesie alienari.

Dupliciter quis possidere potest ius percipiendi decimas, vel rationes ministerij, & officij, Ecclesiastique exercitij, vel titulo conductionis, emptionis, donationis, aut obsequi temporalis præstii, vel præstandi Ecclesie. Qui primo modo accepit decimas, accepit eam proprio iure, & nomine, & ius accipiendi decimas pro tali ministerio (spirituale est, vt de se constat). Ius vero accipiendi decimas ortum ex alius titulus temporale est. His postis.

2 Respondeo laicum non posse habere ius spirituali per-
soluendi decimas, neque eas secundum hanc rationem posse
præscribere. Definitur variis textibus de decimis, præcipue c. quatinus, cap. probabimus, & in decreto 16. q. 7. specialiter cap. decimas, vbi ait Pontif. x decimas, quas in viii pictarum con-
cessas eis canonica auctoritas demonstrat à laicis possidere au-
thoritate Apostolica prohibemus: & in cap. causam quo de præ-
scripti, absolutè affirmatur non posse laicos decimas præscribere.
Intelligi ergo debet secundum hanc rationem, secundum quam ipsi laici incapaces sunt præscriptionis, rite personæ, que hunc titulum spirituali habere nequamquam possunt: si-
quidem non possunt habere officium, & ministerium ex quo
ortum habet: sic Doctores omnes.

3 Verum posse laicum decimas possidere titulo locationis, & emptionis, aut donationis, nulli potest esse dubium, cum videamus cap. 2. Ecclesiam laicis vendere decimas, illas locare, aut pro servitu factis, vel faciens donare, sed tunc non ex-
igunt decimas quasi sibi, & ratione propriarum personarum debitas, sed debitas prius Ecclesie, & ratione alicuius temporalis
ministerij sibi applicatis, & secundum hanc rationem possunt laici 40. annorum præscriptione cum titulo, & immemoriali sine titulo decimas possidere. Couart. cap. 17. num. 5. & cap. 16. dub. 10. & c. 39. dub. 4. num. 19. & Azot. lib. 7. cap. 3. 6. quæst. 11. Suar. cum aliis trad. 1. lib. 1. cap. 17. n. 4. Ratio est, quia laici capaces sunt decimas possidendi hoc titulo, & hac ratione. Possunt ergo præscribere. Et confirmo, secun-
dum hanc rationem possunt priuilegio habere ius decimas ex-
gendi; quia illius sunt capaces. Ergo & confutatio poten-
tia acquiritur: nam præscriptio immemorialis priuilegio com-
paratur, & eandem vim habet in persona capaci, cap. super qui-
busdam de verbis significat, & ibi Glossa multa allegatur. Ve-
nit autem præscriptio legioma sit, posito quod non adhuc titulus af-
firmat Suar. debere adest famam, & opinionem simul cum possefitione immemoriali ex aliquo titulo legitimo illas possi-
dere. Nam cum laici incapaces sit exigendi decimas proprio
nomine, titulo, ac iure, nunquam potest præscriptionem ac-
quiri pæficia possefitione tantum, nisi in vi alicuius tituli
insti, ratione cuius decimas exigat. Requiritur ergo fama, &

opinio tituli: verum ego existimo ex sola immemoriali pos-
sessione colligi sufficienter iusto ritulo possidere, neque necessa-
riam esse aliam probacionem præter possessionem pacificam
immemorialem; ex qua probata præsumuntur donatione, loca-
tione, feudo, aut alia via decimas prædecessoribus suis fuisse
concessas. Quapropter licet in vi possessionis colligendi deci-
mas nonquam laicus decimas præscribere possit. Et secundum
hanc rationem verum sit, laicos decimas præscribere non posse,
vt ait Pontifex. cap. causam de precripti, præscribit tamē in vi
facultatis, & donationis, quo præsumuntur concessa, quoiescen-
ta à tempore immemoriali illas recipit: sic ait ratu Couart.
Azot. & Lessius suprà, qui solum possessionem immemorialem
requirant ad se præscribendū, & haec ratione præscribit ius
patronatus adiectus Ecclesiam, vel laicum sine probatione ti-
tuli, & concessionis, sed probata possessione præsumit ius
tituli, & facultas adiutiva; licet non appareat.

4. Sed inquires. Qui possint locare, vendere, aut donare
laicos hoc ius temporalis percipiendi decimas? Respondeo cleri-
cicū beneficium propria auctoritate ad breue tempus posse
decimas suas locare, aut vendere. cap. 2. de locato. Vocatu breue
tempus, quod est intra decimam, ita Abbas in cap. quatinus
de Decimis: imò in ientencia glossa ibi tempus breve reputatur
vita hominis. Vnde quilibet propria auctoritate potest deci-
mas locare, aut vendere ad vitam, ita refert ut probabile Azot.
lib. 7. cap. 3. 6. q. 14.

5. Verum ubi recepta est extraagamus P. 2. que incipit am-
bitio de rebus Ecclesie non alienandi, nulla conductio, aut lo-
catione etiam auctoritate Episcopi fieri poterit, que triennium
excedat: que limitatio non extenditur ad decimas, que laici
conferuntur in stipendium pro obsequio Ecclesie praticatio
ut bene dicit Suar. cap. 25. num. 10. in hoc contractu Ecclesia
non conductus decimas, sed potius conductus alterius operas de-
cimas ipsius Ecclesie, quod nulla ratione est prohibitum, etiam
ad vitam fiat. Similiter etiam non videtur prohibitum Episcopi
ad laicos ius ad tempus, vel ad vitam exigendi decimas ratione
alicuius magni obsequij, & beneficij facti Ecclesie, quale
esse, si suis sumptibus maximè Ecclesia infundat, si eam
à tyranno defendet, talis enim donatio remuneratoria, aut
feudalis nullibi inuenitur prohibita. Nam in concilio Latera-
nense, de quo statim solum alienationis perpetua, & feuda, aut
emphyteus perpetua prohibentur: & ita hanc sententiam af-
firmat esse communem Couart. lib. 1. cap. 17. num. 5, adducit
Card. & Bald. & Suar. lib. 1. cap. 26. n. 1.

6. Difficultas autem solum est, an possint prælati inferiori-
tes ex aliqua gratia causa (hinc enim semper supponitur, ut licet
fiat) date huiusmodi decimam in feudum perpetuum, vel
laici, qui illas habent alis alienare ex consensu Prælati.

In qua difficultate respondeo ante concilium Lateranense
celebratum ad Alexand. 3. etiam Episcopi poterant, sicut &
Pontificis has decimas infundat: ob absunt autem, & prodi-
galitatem Episcoporum in decimas concedendis in illo concil-
lio facultas habet sublata est: ut colligi potest ex cap. quatinus de
Decimis, & ibi glossa. & doctores communiter, qui de feudo per-
petuo affirmant Pontificem loqui, & manifeste probatur ex
cap. cum Apostolica de iis, que sunt a prælatis in fine. Decimæ
non a laicis possint ex consensu prælatorum ante illud tem-
pus, vel post illud ex concessione Pontificis licet possint reti-
neri, imò de consensu prælati illius Ecclesie, à qua acceptur, &
altri donare. Possunt enim laici pro loco, aut monasterio do-
nare, aut transmittere huiusmodi feudum, neque requiritur, ut
consensus capituli, aut tractatus accedit, quia hæc non est tam
alienatio, quam retinatio decima à laico detinente ad vitam
Ecclesiasticam ita e. cum Apostolica de his qui sunt a prælati
& ibi doctores, & exp̄s̄e notat Lessius lib. 2. c. 9. dub. 4. n. 10.
Azot. lib. 7. cap. 16. quæst. 13. imò non solum laicum posse feu-
dum iuste posse sibi pro loco donare, aut transmittere ex con-
senso Episcoporum in fine illo non potest, ut constat ex tota causa.
16. quæst. 7. & caputum & plantare de Priuilegiis, sed etiam alie-
laici concedere, sicut ientencia glossa in cap. problemate de De-
cimis, & Cardin. ibi Ioann. Andr. in cap. de precripti, in 6.
Sylvest. decima, quæst. 10. Couart. cap. 17. num. 5. & præter hoc
Suar. cum aliis lib. 1. cap. 16. num. 7. Ratio est, qui in cap. pro-
hibemus solum dicuntur, ne laici decimas cum periculo animarum
suarum possidentes in alios laicos transferant. Ergo qui cum
animarum iuratum periculo non pollicentur, poterunt eas trans-
ferre; si quidem de facto debebant transferre, si forte in illis
linea sua generationis non finiantur. Additæ in huiusmodi trans-
latione non alienantur feuda, sed iam alienata conferit Episcopus,
et alii retinere. Quare Episcopus non dat feudum, sed
laicus ex consensu Episcopi. Verum Suar. loco supra citato non
solum affirmit posse laicum ex consensu Episcopi feudum in
alium extraneum transmittere, sed etiam feudatario, qui erat
ultimo professor, defuncto posse Episcopum alteri infundare,
monetur ex c. 2. de Feudis. vbi Episcopus iuratus non infundat
bona Ecclesie, potest non obstante iuramento infundare bona,
qua antea erant data in feudum: non enim sub iuramento in-
feudandi de novo, comprehenduntur feudum antea iam datum.
Similiter etiam sub prohibitione facta non infundandi in per-

perum comprehendendi non debet feudum antea iam datum, etiam moriente ultimo possesse. Et rario est efficaciam illa bona etiam moriente ultimo possesse non confundit sub dominio vestri Episcopi; neque ad Episcopum pertinere, quousque ipsa eas accepere, & per acceptationem in suis bonis incorporateatur, ut tradit Panormit, cum aliis, in e. et super, de rebus Ecclesie non alienand. Ego antequam accepere potest in f随便 dare; in hoc enim non alienas bona Ecclesie, sed iam alienata non vale ea acceptare; neque mensa Episcopi appro�ate, gravis tamen causa debet vigere, ut licet hoc fieri, sciat sine illa factum teneat. Sed hoc latius examinamus, cum de alienatione bonorum Ecclesiasticorum habetur sermo.

P V N C T V M . X.

Quibus personis Ecclesiasticis iure communis
debeantur decimas.

- 1 Clericis beneficiatis debentur decimas.
- 2 Religiosis, alisque clericis non beneficiatis non debentur decima iure communis; bene tamen ex privilegio.
- 3 An teneant parochiani sustentare beneficiatum, si decimam, quas solunt, alteri sunt applicata? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Nulla est applicatio decimalium facta loco pio, si beneficiatus congrua non habet.
- 5 Qui beneficium per vicarios inseruit, tenetur eis debitam sustentationem tribuere.
- 6 Cuius quo pensionarius beneficiato non tribuat sufficiens stipendium, non teneant parochiani duplicatas decimas solvere.

Tempore nascentis Ecclesiae omnia erant communia, ac primum ceteri clericorum decimas debite erant, quas Episcopus inter eos pro qualitate, & mensura laboris, ac necessitatis impetrabant: ita colligitur aperte ex cap. peruenient, cap. omnes baptiz. 16. quest. 7. & in e. huius causa, & quae sit Gregor. Decimas sub manu Episcopi fore ceaserent, vt ille qui exerceret presul, omnibus iustis distribueret. Post factam vero distributionem parochiarum, & signatis clericis, qui ibi ministrarent, etiam Episcopo simul cum clero decimas debentur, ut constat ex cap. quoniam de Decimis, cap. conquerente, de officio Ordinarii, & doceat Panorm. & doctores communiter, in e. cum contingat de Decimis num. 7. Ratio quare Episcopis, & Clericis debentur, et quia omnes iij ministabant spiritualia, debent ergo temporalia mereere, tunc vel temporis, & crescente cumculo decimalium pluribus Clericis sunt applicatae, alii titulo spirituali, & Ecclesiastico, hoc est ratione beneficij, alii vero ex gratia, & privilegio, vel stipendio pro obsequio. Atque titulo spirituali decimas exigunt, etiam parochi non sint, quia officium spirituale exercunt & aliquo modo ad cultum diuinae concurvant, de iustitia habent ius exigendi decimas. Nam decimas non solum dantur Clericis; eo quod Sacramenta ministerent, sed etiam quia ex officio deputari sicut ad diuinculum, cap. ex parte 2. de Decimis. Ergo Clerici, quibus beneficium Ecclesiasticum concessum est, ius habent exigendi decimas, illisque de iustitia debentur. Non enim laici teneant solum alicuius ministros, qui sibi sacramenta ministerint, sed etiam omnes eos, quos Ecclesia iudicaverit convenientes ad diuinum cultum, & sacrificium, & orationes offendas, quique speciali titulo, & obligatione sunt ad illud officium destinati. Cum ergo omnes Clerici-beneficiati ratione beneficij hanc obligationem habeant, & ad hoc manus sunt deputari, efficiunt sicuti ex decimas de iure, & de iustitia deberi, Ecclesiastizatione posita, & ita latet, & crudite probat Suar. cap. 28. n. 12. & cap. 29. n. 4.

2 Ex quo sit religiosis iure communis decimas non deberi, neque aliis clericis, qui beneficium Ecclesiasticum non habent; quia non sunt ab Ecclesia deputati, ut proprii illius ministri, sed ex devotione, vel voto populo Christiano teneantur. At ex privilegio eis sapè decimas applicantur, & aliquando cum obligatione exercendi aliquod spirituale ministerium; & tunc sine dubio eis decimas debentur ex iustitia; quia Ecclesia ius quod habet illa exigenda transfit in religiosos siquidem ius sicuti sunt capaces. Cum ergo Ecclesia ex iustitia decimas debentur postea taxatione, etiam religiosis, in quos hoc ius translatum fuerit, deberi debent, ut ex Panormit, tradit Suar. sicut in fine. Poterunt tamen huiusmodi clerici, & religiosi preceptione acquirere ius exigendi decimas, ita Rebus q. 13. nro. 63. Gisbert. tract. de decimis, cap. xi. num. 6. Prinò si Ecclesiastici parochiales, vel beneficium acquirant; eul decimas sunt annexæ. Possunt enim acquirere, siquidem sunt capaces. e. autem, de praescriptiis Regnitur tamen viribus coloratis; quia beneficium sine institutione canonica possideri bona fide non potest. Lefsius lib. 2. cap. 6. dub. 10. Ad eius precriptionem triennalis possesso pacifica sufficiunt, modo simonia non invenientur, ex reg. cancellaria. 33. ut supradictus author cum

Rebuffo, & Nauari, lib. 3. consil. 40. & 42. de probendis affirmit. Secundum possunt praefabibere ius exigendi decimas confuetudine, & postfessione bona fide continuata, quæ nullo modo potest esse, nisi presumant aliquod libi prailegium fuisse concessum. In foro tamen extenso ita adesse presumuntur, quones decimas exiguntur à tempore immemoriali: & tunc quidem religiosi. & Clerici non tam decimas praescribunt, in vi possessions, quam in virtutibz praescripti. Vide qua supra diximus de laicis.

3 Sed est dubium; an clericis beneficiatis debeantur decimas à populo, si aliis sunt applicatae, & mercenariis, si beneficiatus non det sufficiens stipendum ad sustentationem?

Pro cuius solutione suppono sapè sapius contingere parochianos abundantes decimas solvete, quibus optimè possent minutissimi sibi inferuentur sustentari. Sed quia à Romano Pontifice applicata sunt canonicae, vel alteri pio loco, & sapè laicis, ea de causa cogitum clericis eis inferuentur tenui stipendio viuere. Ex quo fit vt bene dicit Lefsius, lib. 2. cap. 39. m. 17. in fine, cum virtute idonei nolunt tam tenui stipendio eus subire, sapè indocti, & improbi, qui alia ratione vivere nequeunt, proficiantur. Non enim queruntur, qui maximè populo videantur profutari, & minus optimè administratur, ed qui minimum stipendio velint scriuire. Hinc proh dolor! multis in locis tanta animalium clades. Quod ergo queritur, est, Ar parochiani teneantur iis clericis sibi inferuentibus prouideat, vel ex oblationibus, aut aliis rebus, vlt̄a decimas quas soluent?

4 Respondeo, & dico primò applicationem decimalium factam cuilibet etiam pio loco, vel religioso per modum pensionis, aut quomodocunque esse nullam, si beneficiatus priuatur debita sustentatione, ita Suar. lib. 1. c. 15. & n. 7. Ratio est; quia Pontificis non est omnino decimam dominus, sed dispensator. Estet autem inquit dispensatio decimalium, quæ beneficiarium debito stipendio priuatur, & vellet gratis inseruire. Quocirca non obstante tali applicatione tenetur de iustitia pensionarius beneficiarii congruerit sustentare. Quod si ille ob penitiam cogi non possit, ipse Ihesus Pontifex tenetur decimas ab illo auferre, vel huc beneficiari pensionem, vel aliud beneficium applicare, aut ex aliis bonis eum sustentare; ipse tamen beneficiatus nullo modo tenetur beneficium reliquere, etiam si sciens eius penitum accepisset. Teneretur tamen inseruire etiam gratis, si sciens beneficium accepisset, ita Suar. cap. 15. n. 7. Mihi tamen videtur contrarium dicendum non teneri inseruire, etiam si sciens accepisset, quia Ecclesia non intendit obligare neminem ad gratis inferuendum, neque beneficium tenere reputari beneficium, cap. ii. c. 19. de Probendis, in 6. & probat Lefsius lib. 2. cap. 34. dub. 31. n. 69.

5 Dico secundò. Beneficiatus, qui per se beneficio non inferuit, sed per vicarios, tenetur eis debitan sustentationem tribuere, quia sub hoc onere decimas recipit. Quod si beneficiatus non tribuat poterunt parochiani decimas denegare beneficiario, vi vice curato tribuatur debita sustentatio: in hoc enim partes gerunt ipsius curati, & adimplent obligationem, quam ipse debet adimplere, similiter etiam pensionarius decimas recipit abundanter, & parochio insufficientes ad sustentationem relinquuntur, poterunt parochiani detrahere pensionario decimalis, & curato applicare; quia illa applicatio decimalium iniusta fuit, & contra debitum ordinem ea in parte, quia parochus debito stipendiis defraudatur, ac proinde nulla: sic colligitur ex supradictis Doctoribus. Neque in hoc inuenio difficultatem alicuius momenti.

6 Dico tertio, catu quo pensionarius non relinquat beneficiario sufficiente stipendum. & Papa ex aliis bonis non prouideret, neque ipsi parochiani possent ex decimis detrahente, ut beneficiario tribuant, nullo modo tenetur parochiani beneficiario alias pensiones, vel decimas tribuere, ita Conari. lib. 1. var. cap. 17. num. 3. circa finem. Lefsius lib. 2. cap. 39. dub. 4. n. 17. Suar. cap. 15. n. 10. Ratio est, quia populus pro ministerio sibi exhibet solum teneat unas decimas tribuere. Ergo satisfacie sua obligationem, neque tenetur duplicatum stipendum date, eis forte cuius pensionarii, vel Pontificis ad manum parochi non prouident; populus enim ipse non gravat parochium, sed Pontifex qui male decimas applicavit, vel pensionarius qui invidens decimas exigit non relinquens parochio sufficiente stipendum, atque adeo penes illos erit obligato, & non penes populum. Et hinc à foro constat populus non habere obligationem sustentandi vicarium, si decimas integrè solvit parochus; quia tunc non gravat populus vicarium, cognoscens cum gratia inseruire. Parochus enim est qui vicarium gravat, & cum eo pacientur de obsequio praestando non exhibendo ei debitum stipendum.

P V N C T V M . XI.

Quæ personæ teneantur decimas soluere.

- 1 Baptizati quicunque sint, debent decimas soluere.
- 2 Qua pauperitas fideles baptizatos ab hoc debito excusat.

3 Clericis